



VICTORINO
GRUNERO, VICTO-
RINI, PIÆ MEMORIÆ, I. V. D.

& in illustri Academia Ienensi quondam-
Professoris celeberrimi

FILIO:

&

Leclissimæ virgini

ROSINÆ,

CLARISSIMI VIRI, DO-
MINI TOBIAE FABRI, PHILOSO-
phia & Medic. D. & in illustri aula Alten-
burg. Archiatri

Archiatro

FILIAE,

S P O N S I S

Nuptias prid. Eid. Mart. celebrantibus
Gratulabantur

Parentes, fautores, et Amici.

A N N O

Da paCeM Trlas-Vna.

os (o) so



ALDENBURGI, ANNO cl. l. c. vi,



ist. Saxon. D.
475,90.

82



1

INCORNE, tibi nomina venerabile

patris;

Dividium matris sponsa ROSINA

terre.



Vir felix omnes, patrem virtute habet.

Te sperare: ac matrem moribus illa bonis.

Plura ego non aqdo, proprias ne dicere laudes

Coner nostrorum, quod pudor ipse vetat.

Vota sed & monita ex animo concepta paterno

Fando. piis votis pondus inesse solet.

Confortes thalamus primos qui iunxit amantes,

Copulet unanimes bestia vestra habet.

Coniugium castum, sit amor sanctus & ardens,

Non sine prole domus, sit sine lite thorus.

Sit vicius tenuis, pia mens pars forte bonorum.

Contenta est modica, plurima dives habet.

Sit pietas vobis semper turissima virtus,

Nulla potest natas ediscere domos.

Et cum caelestis sint munera chara parentis,

A Domino votis postulat omnia piis.

Cum



I.

VICTORINE, tibi nomen venerabile
patris?
Dimidium matris sponsa ROSINA
tenet.

Sit felix omen, patrem virtute fideq̄,
Tu sequere: at matrem moribus illa bonis.
Plura ego non addo, proprias ne dicere laudes
Coner nostrorum, quod pudor ipse vetat.
Vota sed & monita ex animo concepta paterno
Fundo. pijs votis pondus inesse solet.
Consortes thalami primos qui junxit amantes,
Copulet unanimi pectora vestra fide.
Coniugium castum, sit amor sincerus & ardens,
Non sine prole domus, sit sine lite thorus.
Sit victus tenuis, pia mens quæ sorte bonorum
Contenta est modica, plurima dives habet.
Sit pietas vobis semper tutissima virtus,
Flla potest natis ædificare domos.
Hi cum cœlestis sint munera chara parentis,
A Domino votis poscite & illa pijs.

A 2 Cætera

Cætera nec segnes, quod amor permittit bone-
Officijꝫ jubet munus obire simul. *Stus,*
Divite sic fundet reliqua & bona copia cornu,
Nostra quibus nusquam, vita carere potest.
Hæc moneo, hæc vox eo, CHRISTVS sacra vo-
ta precantum

Qui curat, vanas non sinet esse preces.

IACOBVS STINTIVS I. V. D.
privigno suo carissimo paterna affe-
ctione F.



II.

QVI modo VICTORIS gaudebas nomine victor,
Seu tua Balladias virtus properaret ad artes,
Aut operas præstare etiam si RUTA juberet,
Sub pedibus quasi cuncta tuis substrata jacebant.
Verùm hoc imbellis tantot enim nomine virgo
Exiit, & spolijs victrix ROSINA triumphans,
Victoremq; sibi docuit servire priorem.
Maecte animo, ROSINA, bono, & lætare triumpho,
Quem tibi de victo voluit concedere IOVA,
Integritas quem magna juvat, quæ candor honestat,
Et mihi nota fides vestris sic se inseret vl nis,
Ut sua victricis, vltro se jura GRVNER O
Subijcient, Dominumq; simul jam victa probabunt.
Quod

Quod facite, inter vos certamina mutui amoris
Existant, lætis animis incommoda sortis
Ferte, DEI memores vestra hæc qui fœdera firmet.

Dominicus Arumæus I. V. D. & in
Academ. Ienensi P. R.



III.

Dum roseo vultu tibi, VICTORINE, ROSINA
In thalamum, FOVA sic moderante, da-
tur: (SINAE

Quid preces? invictus sis VICTOR amore RO-

Semper & hæc tecum certet amore pari:

Proleq; cum multâ crescat Pylijq; senectâ:

Deniq; vobiscum hic contumuletur amor.

Elias Reusnerus Leorinus;



IV.

VICTORINE, quid hæc? tibi dat victoria no-
men

Et Capitolas, quæ gloria ducit ad arces.

Vincere debebas omnes interritus hostes,

Præcipue motus animi variosq; tumultus

Pectoris, irarum fluctus, odijq; furores,

A 3

Tristi-

Tristitiam, vigilesq; metus curasq; paventes
Et spem sollicitam, remulosq; Cupidinis ignes.
Sed te vincit amor. Sed te vagus ille puellus
Idaliæ vinculisq; domat coecisq; sagittis
Transaigit costas, tingitq; volatile ferrum,
Languida foemineis vrens praecordia flammis,
Sic igitur victus, non victor es ô bone: tandem.
Nominibus ne fide tuis; caret omnine nomen.
Nec, GRVNERE, vires, sed totus amore perustus
Siccescis, morboq; novo prope marcidus ares.

Hoc tibi Milogamus dicet, GRVNERE: sed audi,
Quid cupidam Pallas formosa susurret in aurem:
Vincere non semper licitum: fuit utile vincip
Pluribus, & vulsam dare jam vincantibus herbam,
Vince malum, quicumq; lapis, neq; segniter instat.
Sed vincere bonis: his cede lubenter, at illi
Fortiter occursa. GRVNERE, Cupidinis omnes
Extincti cineres victor, sed amore labascis
Legitimo, neq; ferre piget nodosa ROSINAE
Vincla tuæ, facilesq; manus præbere iubenti.
Nec pudet obscuras per amica silentia noctis
Innecti niveis, quamvis luctere, lacertis.
O te captivum miserum. sic ergo subinde
Vinceris & vincis, tua fors ita ludit. vtrumq;
Quod facis & pateris fecit tibi nomina. Perge
Perge velut pergis: feret hæc victoria quondam
Et VICTORIOLOs, & matris amica ROSELLAS
Gaudia:

Gaudia: Sic multos crescens vernabit in annos
Vestra domus: serosq; dabit foecunda nepotes.

Wolfgangus Heider M.

laetitia vincit; domus cocidit; pailaiv sila

T

Langunda

V.

Ecce ROSINA datur GRUNERO Sponsa pudica

Quae formosa velut semper amanda Rosa est.

Tales ferre Rosas non quaeq; Rosaria possunt:

Florateat ergo Rosis tam bene culius ager.

EN DEUS adducit Nuptam tibi Sponse, ROSINAM

Esse quod o faustum numina dextra velint.

Aspice, (non onus esse puto,) quam deperis, an non

Possideat roseum pulchra ROSINA decus?

Maternum roseo spirans ex ore decorem:

Lucet et e casto corde paterna fides.

Pectora sic fundunt dotes, Rosa sicut odorem,

Usibus apta Rosa est, apta ROSINA viro est.

Nomine vel solo digna est haec Sponsa favore,

Omen, nominibus si quod inesse solet.

Moribus est placidis, prudens, assueta laborum:

Nil prius ingenui laude pudoris habet.

Vni ergo fo ve Sponsam sat lusibus aptam:

Quae decus est lateris, ceu Rosa frontis honos.

Sic, Rosa seu folijs, numerosa prole penates

Constabunt, et erit pluribus una domus.

Gaudia

Sed


Sed quia consultum est, ut fausta optemus honori,
 Sæpeq; spe visum plus valuisse preces:
 Cum multis alijs mea jungere vota necesse est,
 Ut quod amicitia debeo, gratus agam.
 Ergo precor vobis tot prospera, totq; benigna;
 Quot possunt fingi mente, vel esse queunt.
 Nulla torum vexet discordia, nulla querela,
 Sit sub eo ratio, lex, decus, ordo, fides.
 Ex voto vobis res omnis prospera cedat:
 Fidite; fidentes CHRISTVS amore fovet.
 Ah quam compositum benè Par in amore jugali,
 Ah duo quam firma corpora nexa fide.

Χρονόσιχον.

Annum, Mensem, diem Signumq; solare Nuptia-
 rum repræsentans.

Mart IVs Vn Den Vs, t Itan erat aXe Leon Is:
N Vps It Vbl Sponso Sponsa Ven Vsla Vtro.

M. Erhardus Koboldus Pastor Eccl.
 Schmöllensis, & Diacet. Altenb. Adjunctus.




Victor eras. at nunc victum te compede duro
 Ducit in obsequium, Sponsa ROSINA
 suum.

Nempe Venus nuper Paphio obdormiverat Horto,
 Et Venerem Veneris quærit ubiq; Puer.

Dumq;

Dumq; errat, longeq; tuam videt ire ROSINAM,
Accelerans: Salve: candida mater ait:
Inde novæ comitem matri se jungit; & inde
Spicula miratur fortiùs ire sua.
Attu malueras Turcæ occurrisse phalangi;
Quàm Puerò, & Pueri quæ modò mater erat.
Victus es, at victam Domine quoq; porrige dextram:
Victricem victor sic tibi vincet Amor.

Casparus Facius.



••• VII. •••

AD PATREM SPONSÆ.

Te leves Elegi vestri Doctoris ad ades,
Votaq; pro tædis ferte legenda novis:

Quales sint vires, nostra quæ robora pubis,

In cœtu Aonio, Pærioq; grege:

Lux hodierna dabit: lux o veneranda ROSINÆ,

Salve: lux nostræ grata futura scholæ.

Lux hodierna dabit, quid Apolline digna juventus

In studijs valeat, quid neget illa suis.

Ecce quid à vestris, Doctor clarissime, sacris

Me retrahat: nostræ cura paterna scholæ.

Invidet hæc nobis Hymeneia gaudia: sed non

Invidet hæc vestru hoc Schediasma sacris.

B

AD

AD SPONSVM

VICTORINE, tui mensuram nominis imple,

VICTORINE, tui nominis omen habes.

Vicisti Galydonis aprum, Tritonia risit:

Vicisti Onydam, risit amica Venus.

Perge tuus, victor calcaria nisibus adde!

Perge, age, de Themidos Victor abire iugis.

At tu, Jova, fave ceptis, conatibus adde

Vires: adde animo robora, Jova fave.

AD SPONSAM

Bella ROSINA puella thoro dignissima bello.

Bello non bello, digna ROSINA thoro.

Quam patrenata pro quam filia Matre pudica

Profata: quam Virgo carmine digna cani.

Si Charis equa mihi, si Pteris equa faveret:

Virtutes canerem, Sponsa ROSINA, tuas.

At, quod Pierides nobis Charites q̄ negarunt:

Turba Poetarum, Musica turba, dabit.

VOTVM

Vivite felices felicia vivite secla:

Vivite Cumaeos Nestoreosq̄ dies.

Sponsa ROSINA tuo Sponso Nepentheos instar.

At, Sponsus Sponsa turturis instar erit.

Jova Panomphaus, vos ō lectissima corda,

Jova Panomphaus vos regat atque tegat.

Hens

Heus procul, heus Asmode procul, procul heus procul Ate
Eumenis esto procul, cede Megera, procul:

Vir vite felices, et munera leta rosarum
Carpite, et fiet vobis aucta nepote domus.

M. Adamus Reinhardus, Scholae

Universitatis Lipsiensis Rector

Abbas



Abbas

Abbas

Inter opes mundi Dos maxima contigit illi,
Munere cui cedit Nupta pudica DEI.

Hæc venit à Domino, cœli hæc donatur ab arce:

Hæc fert virtutis præmia digna viro.

Nec, nisi qui Dominum forti scit corde timere,

Quiq; manus supplex tollit ad astra, datur.

VICTORINE, ergo lapis, Veneris quod saucius arcu

Vulneribus quæris pharmaca grata tuis.

Dum tibi FABRORVM celebri de stirpe ROSINA,

Ducitur ad Phœbi, Candide Sponse, lærem,

Nata parente viro docto, qui Saxonis aulam

Auxilio ægrotos, consilioq; iuvat.

Hæc tibi Pæon erit, rebus solamen acerbis

Dulce erit, atq; tuo dulcis amica toro.

Felix ergo nimis felix, cui talis in hortis

Nata rosa est, tali cui licet atq; frui.

Sis igitur facilis, placidus, pius atq; benignus:

Omnia sed fac amor mitis acerba tegat.

Vivite Concordes, thalamum Pax aurea firmet,
Nec turbet vestrum Lis odiosa torum.

Jacobus Meise rei frumentariae

in Aula Altenb. praefectus.



IX.

VICTOR es optatus Sponse suavisissime Sponse,

Qui grave VICTORIS nomen et nomen habes.

Namq; manu palmam victrici sustinuisti.

Cum pereret corpus febris acerba tuam.

Pro febre ardenti Medicus tibi dat medicinam,

Sua ve haec ROSINAE nomen, et nomen habet.

Nam rosa jucundum veluti fert semper odorem:

Sic ROSINA tibi sua ve juvamen erit.

Hae tibi vult hilaris febres praebere secundas.

Quas nam? concordi ferret amore tui.

Nunc aude, et tenta, quo sis, maneatq; perennis

VICTOR: sic titulo digna trophaea feres.

Det DEUS, ex hoc ut dulci tentamine cernas

VICTORES multos, hos itidemq; bonos.

Et VICTOR generes blanda cum coniuge blandas

ROSINAS, ut sic sit mane atque torus

Concors; et vidias cum coniuge Nestoris annos,

Ac socialis amor corcula vestra liget.

Thomas Reucke Not. publ. & pro
tempore Reip. Altenburgensis
ab epistolis.

VICTO.




X.

VICTORINE: etenim Victorem te fore,
nomen (dedit.

Indigitat, sacrum quod tibi chrisma
Ambigis? at tuanam quid Rosula dicit? id ipsum:
VICTORINVS erit Victor vbiq; meus.

Laurenitius Volce



XI.

Sto cum latis latus, cum tristibus esto

Tristis sic sanctus SPIRITVS ipse monet.

Cum, GRVNERE, dies tibi sit latisimus ortus,

Tecum lätitia signa dedisse decet.

Surgite nunc, Musæ, letos effingite versus,

Fundite GRVNERO carmina læta pio.

Carmina læta, probat quæ summi rector olympi,

Psalite, psallendo lætificatur homo.

EIVSDEM.

Qui pius vult esse, DE oq; summo

Benplacente in viuere in orbe vitam;

Is sibi castam socio maritam

Fœdere jungat.

V. C.

A 3

Illud

Illud humano generi, creator
Omnium rerum, DEVS ipse mandat,
Et jubet castum juvenem maritâ

Hæreat vnâ;

Præsit & menti vnus amor, voluntas
Vna cordi, ex quo pietas, honorq;
Fulget & splendet thalami jugalis

Tempore cuncto

Ergo tu, GK VNERE, facis prudenter,
Quòd DEI præcepta sequaris, atq;
Hic tibi adiungas socio pudicam

Pœdere Sponsam

Hanc tibi Sponsam, pie Sponse, grator,
Et precor fœlicia cuncta tædis.
Vive cum Sponsa vnanimis, thorumq;

Prole beato.

Viue saluus, Nestoreos in annos
Vive, tandem sine bono caducæ
Claude vitæ curriculum, poli q;

Regne capesse.

Vt LVX orta fV It bis q Varta & tertia Martii
Gr Vnro eX Voto est Sponsa Rosina Data.

Laurentius Stichel Vrichshalbensis
Ecclesie Dobitzensis Pastor.

Fortes

105 I



XII.

Portes non aquila miseris genuere columbas;
 Nec venit à niveo corvus olore vorax.
 Insunt à patribus virtutum semina natis:
 Vvas & vitis denotat alma bonas.
 Auguror? en probat hoc Sponforum stemma novorum,
 Quod simul ingenuè nobile in æterno ter.
 Affulsit Sponsi Genitor Doctoris honore
 Iena: at Quaestoris munus obivit Avus.
 Hinc stimulat Sponsum pietas virtusq; paternâ:
 AEstuat & tali digna ROSINA viro.
 Huius Avus patria, civis, grandævus in urbe
 Rexit consilio iudicioq; diu.
 Doctorem FABRUM medicum quis laudibus equat,
 Saxoniam medicâ qui iuvat ante Domum.
 Matrem quid referam Vsvaldorum stemmate cretam,
 Fama quibus celebris pulsat utrumq; polum.
 Ergo, qui celebrant thalami iam iura sacrata,
 Sunt in honore pares, sunt & amore pares.
 VICTORINE, novas te nunc assumere vires,
 Et febres agro pellere corde decet.
 Ecce ROSINA tuum, florens iuvenilibus annis.
 Ac pietate virens, gestit adire torum.
 Hæc Jælet ærotum belle recreare GRVNERUM,
 Quos refovere queunt pharmaca nulla FABRUM.
 Hæc dabit amplexus pariles mellitaq; verba,
 Et cum busiobis dulce leuamen erit.
 Hæc quoq; iam celebrat letum Natalis honorem,
 Mollia, SPONSÆ, piâ colla ligato fide.

Latior

*Letior ut redeat votis animoq̄, precator,
 Et sic ambobus prospera quaeq̄, cadant.
 Coniugium vestrum nunc fata secunda secudent.
 At tu triste malum cedere recede procul.
 Absit Eris, mæror, discordia, livor abesto;
 Adsit Amor, Pietas, Candor & alma Fides.
 Hortus ut & rignus violis florescit amœnis;
 Sic TORV S & vester Prole, iubente DEO:
 Quæ genus ingenuâ superet virtute paternum,
 Et pietatis amans Numina sancta colat.
 O TRIAS alma meis concede pondus inesse
 Votis, pro Sponsis sunt rata vota tibi.*

Distichon annum, mensem & diem
 Nuptiarum indicans.

Te petIt en Fabri soboLes, GrVnere, RosIna,
 QVINVsVt & seXtVs MartIVs aXe reDIt.

*M. Casparus Crügelstein Altenb.
 S. S. Theo. Stud.*



XIII.

VICTORINVS GRVNERVS ET ROSINA
 FABRI, NOVI MARITI

ἀνάγει μὴν ἡμέρας.

IGITUR ROSAE, VIROR, VNIRIS?
 I, SIC FORTVNABAT NUMEN.

SIC IGITUR, VIROR, VNIRIS ROSAE, &
 illice flammâ
 Victorem vicit delitiosus Amor?

O factum

O factum benè! gratari tibi pluribus ausim,
Ni parcè Cleiùs posceret ire favor.
I, NVMEN licitos ita FORTVNABAT amores,
Gignantur lepidæ pulcra roseta rosæ.
I, faveat belli fortuna, Cupidinis olim
E vobistyro plurimus arma gerat.
Arma gerat tyro concessa Cupidinis, augmen
His dederit pietas sorstua lauta, sat est.

Johannes Wolffius Waldenburgensis,
informatior iuventutis Nobilis
in Schwanis.



XIV.

Etsi pauca canam, doctissime, carmina, Sponse:
Attamen ex animo carmina fando bono.
Letitiâ tu maecte novâ, & VICTRINE, iugalem
Letus ini thalamum; sic statuente DEO.
En tibi virgo hilaris, blando sermone ROSINA,
In thalamos intrat casta puella tuos.
Periucunda tuæ domui, iucunda cubili,
Esse potest animo sola medela tuo.
Sic quoq; Sponsus adest, multâ arte politus & auctus,
Vir virtute gravis, vir pietate gravis.
Singula quid referam? sunt ambo in amore fideles:
Mores conveniunt, conveniunt animi.
Quos igitur iungis, Divino Numine, CHRISTE:
Hos iunctos retine, Numine, Christe, tuo!
Vivite pace bonâ, concordî vivite mente:
Sit fecundus amor, sitq; secundus amor.

Daniel Mylichius Scholæ patriæ,
iquæ est Altenburgi, Cantor.

Dicite

Dicite iō juvenes, Hymenæa repangite læti,
 GRVNERI in thalamum virgo petita ve-
 nit.

SPONSE, tibi stolidè non prospexisse videris,
 Dum petis optatum virgineumq; Decus.
 Nullus enim dicam, veniat quod casta, pudica,
 Quod proba, quod locuples, pulcraq; virgo tibi:
 (Hæc alijs potius nunc commendanda relinquo,
 Verba quibus calamo commodiore fluunt.)

Mens pia, meos prompta est illi (res digna notatu)
 In templo nunquam deseruisse locum.

SPONSE, nec audisti reprobus, nec amator iniquus.
 Sed candor verâ sub pietate micat.

Sic similis simili gaudet, sic semper honesto,
 A Domino casta, ac vxor honesta venit.

Gratulor ergo tibi merito, nove SPONSE, ROSINAM,
 Sacrato thalami Numine fœdus ini.

Vivite felices mens vna sit, vna voluntas,
 Tu furialis Eris cede, recede procul.

DET DEVS omnipotens salvi degatis in ævum,
 Et vireat semper GRVNERIANA domus.

*Conradus Iobus Scholæ Alten-
 burg, Baccalaureus.*

Conci-



XVI.

Oneipe nunc lato nova gaudia pectore, Nym
phe,
Quæ sacra Fata volunt, lato trophæa cane!
Pugna peracta tua est, nectit tua tempora laurus.
Verè VICTORIS nomen & omen habes.
Sit licèt inflicturn cordi sanabile vulnus,
Arcu per PAPHII spicula missa DEI.
Illud non mulcet sacris EPIDAVRIVS herbis;
Sint licet è Scyticis pharmaca missa, jugis.
Mitigat vna Tuos æstus, solamina præbet
Commoda, jam thalamo juncta ROSINA tuo.
Hæc dat victa manus; Tibi sit Victoria curæ
Expectata diu, pectora nectit Amor.
Hæc tibi præda placet? Captivæ vincula collo
Inijce, lato parat foedus inire Thori.
Hæc verè TYRIONAM tinctis vestibus OSTRO
Præstat, MYGDONII divitijsq; MIDAE.
Nunc tua res aurâ procedet tota secundâ,
Ad portum nullo sollicitante metu.
Iam (non ficta loquor) celeres, rapidasq; procellas
Haud metuis; BOREAE vistibi nulla nocet.
Hæc sit chara TIBI propriis magis vsq; medullis,
Visceribusq; tuis; muneribusq; TAGI.
Pande fores; quia ferta ferens, en, Sponsa puellis
Approperat nitidis concomitata, TIBI.

C 3

Quam

Quam pudor & pietas, quam vera modestia morum
 Condecorant, positis, apta videnda, comis.
 Dos ea summa viro, verè dignissime tali
 Munere, VICTORI digna virago viro.
 Ardet amore TVI, facies plenissima succi,
 Ille Tibi ALCINOI munere pluris, Amor.
 O te felicem, VICTOREM exasse beatum,
 Dum ruit in castes, casta virago tuos.
 Plaudite SICELIDES, VICTORI pangite vestro
 Carmina: jam resonent pleura sonora lyra.
 Ingreditur Sponsus sacra palatia templi:
 Dulce jugum ingrediens Sponsa pudica petit.
 Vivite concordēs centum numeretis aristas,
 PAX cingat lectum, sit sine felle THORUS.
 Basia mille ROSAE da, gaudia pectus inundent,
 VICTORINE, Tibi basia mille dabit.
 Rex pieCHRISTE fave: Da plurima pignora lecti,
 Vnanimis, auge prosperitate domum.

Sebastianus Keil Vinaricensis.



||| XVII. |||

Rgo Themistis floscule, Apollinis
 Decus, Diones gemmula, florida,
 (Quod felix suat atq; faustum)

Iam SPONSALLA, VICTOR

Puellularum cum ROSULA petes?
 Petas: Sūasor quis tibi perperus

Negas:

Negat? quisq; hominum Deumq;

Fors sortem invidet hancmet:

Hyantiarum Ternio dum triplex,

Et Gratiarum Trigay APHRODISIA

Atq; ante omnia domi Themistay

Mystes cuius alacris

Syringe vostra, et carmine Tein,

Cadmeia ut visere Aganhyppides,

Ornam? Namq; Puertiq; inde

Apriam usq; secutus

Illarum, et istarum penetralia,

Huius penetrastrig; habitacula

Immo STIRPS tu quibus reverenda

Isa est semper honore

Cum laureato Nonne tibi no sum

Congratulentur ergo HYMENEI UM

Devotaq; Litatione

Non placent DOMIDU CUM?

Laborioso hac Premia NUMINA

Tibi dederunt: MYRTUM alie tuis

Circinnis, alieq; DAPHNEN

Adnexere virentem.

Quis maeste: odoro condecorans Deos

Serto Iugales, cum Patribus: tua

Cum Nympha tibi Virginalem

Fortunam adde benignam.

Flagredo sic vos mutua perpetim

Cremabit: olim ut Protesilaum Amor

C 3

Mire

Mirè, ac Laodemiam aduſſit:
Sic uernantibus annis
Aeternitabit gaudia, & oscula
MANTURNA; sic cum Cynthia præderit
Cursurâ no uies Olympum,
Et Partunda ROSILLAE,
Tuae, & LEVANA hant murcida, lenient
Dolorem: o uantemq; inde Puerperam
Letabunt sobole integella, ac
Adridente Parentem.

EIVSDEM.

Vincis, VICTOR, in Arte militantes
Astrææ, Arte; penétral & colentes
Minervæ, viridi virens corollâ,
Batti-silphium Adoreæ indipisci
Hinc mox jure merebere, ac Thiaram.

Vincis, VICTOR, Amoric, pervagantes
Fruginal Paphiæ, atq; ei litantes,
Hinc quod sit Viridis tibi luventa:
Atq; amet Viridem Idalis colorem.

Delectata tuo colore Cypris,
Et permota tuo inde Flore Flora:
Tete RORE beant alacriore:
Teq; FLORE animant suaviore.

Flos

Flos quis illa: rogas? ROSA Aphrodites:
 Ille honor Cyprij vnus est ROSE TI:
 Florisuccula, succiplena VIRGO:
 Tui illa AVRA animansq; cordis; udo (Stat.
 Quæ omnem mentem animi vna RORE hume-
 Pro Libris, Labra prodito ergo: Nymphæ,
 Huius ac ROSEIS genis ROSILLAE, &
 Huins Roscidulis Rosæ labellis
 Nunc adfige Genas, tua & labella:
 Atq; ad millia millies trecenta
 Inger Basiola osculo Rosillæ:
 Inpressit Roseo vt Cytheris ore
 Puello Cynaræio osculilla.
 Postin' RORE tuo vicissim & ORA
 ROSILLAE ROSEA, atque Labra inunge:
 Vt vitam harriat. illa RORE SPONSI:
 Vt vitam adcipiasq; RORE SPONSÆ.
 Tunc VICTOR VIRIDI cluas Corollâ:
 VICTOR INQ; ROSA tua perennes.


Iohannes Rætius Iun. Erff.



AD INVENTAS

VICTORINE
ROSSINE

Voluntary collection
of the
of the
of the
of the



ALBENBERG
IN OFFICIAL PRINTING

H. Lex. D. 475, 90.